

2525.

1325 d. 26 Juli.

Prestmannen BIRGER af Westerås stift säljer till Kaniken Thideman i Westerås sin gård med tomt och åbyggnader i Westerås, och erkänner sig hafva uppburit köpesumman på 5 mark när.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presentes litteras visuris vel audituris BÝRGERUS sacerdos arosiensis dýocesis salutem in domino sempiternam. Nouerint vniuersi apud quos presentes innotuerint me Honorabili domino Domino thidemanno canonico arosiensi curiam meam mihi iure hereditario legittime successam in ciuitate arosiensi proximam curie sacriste ad partem aquilonarem situatam cum fundo et domibus inibi situatis pro pleno precio prout inter nos conuenimus vendidisse, et precium pro dicta curia a dicto domino thidemanno canonico leuasse me integraliter exceptis quinque marchis recognosco per presentes, presentibus viris discretis et fidedignis videlicet domino Olawo Rectore ecclesie orosum domino Herrmanno in skiadwi domino Hemmingo in kumblum et domino johanne margarete chorali arosiensi quorum sigillis presentes ex quo proprium non habeo postulo roborari, Datum et actum anno domini. Mº. CCCº. vicesimo quinto. in die beatorum martyrum johannis et pauli.

Sigillen: N. 1 och 2 andliga, skadade; N. 3 och 4 bortfallna, remarna qvar.

2526.

1325 d. 8 Juli.

Nysätra.

ESKIL ANDERSSON bortbyter 4 örtugland i Tibble i Vänge socken till Kaniken i Upsala Lars Nilsson emot ett öreland i Hammarby i Nysätra socken (Upland) och 6 penningar.

Orig. på perg. i K. Riks-Arch.

Omnibus presentes litteras jnspecturis, ESKILLUS ANDRISSON salutem in omnium saluatore Nouerint vniuersi me quandam commutacionem prediorum cum discreto viro domino laurencio nicolai canonico vpsalensi fecisse in modum qui sequitur videlicet pro vna ora terre in hamarþy parrochia nýsætrum et sex denariis dedi et apropriaui eidem laurencio et heredibus eius .III. solidos terre in thygbili parrochia vengýum cum omnibus adiacencijis intra sepes et extra iuxta consuetudinem patrie et leges swecas dando sibi super eisdem quatuor solidis terre firmarios wlgariter dictos faasta Jn cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum, Datum nýsætri anno domini Mº. CCCº. XXV. die lune proxima post octauas apostolorum petri et pauli.

Sigillet bortfallet från den ur brevet klippta remsan.